Fragmentarium

prenestinos prospere gestas continet quatuor tribus adiecte sunt stel
latina. promentana. sabitana. armensis. M. manlius qui capitolium a
gallis defenderat cum obstrictos aere alieno liberaret. nexos exolueret cri
mine affectati regni dampnatus. de saxo deiectus est. in cuius notam factum ·/· sic
est. ne cui de malia gente manlii cognomen esset. C. licinius et L. sextius
tribuni plebis legem promulgauerunt ut consules ex plebe fierent qui ex patri
bus creabantur eamque cum magna contentione repugnantibus patribus
cum idem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent pertulerunt
Et primus ex plebe consul. L. sextius creatus. lata est et altera lex ne cui
quingentis iugeribus agri liceret possidere. liber Septimus:

Duo noui magistratus adiecti sunt. pretura et curulis edilitas. Pes
tilentia ciuitas laborauit. eamque insignem fecit mors furii
camilli cuius remedium est finis. cum per nouas religiones
quereretur. ludi scenici tunc primum facti sunt. Cum dies. L. manlio
dicta esset a pomponio tribuno plebis dilectum acerbe agenti et. T. manlium filium
ius relegatum sine ullo crimine. Adolescens ipse cuius relegatio patri
obiciebatur venit in cubiculum tribuni. strictoque gladio coegit eum
in uerba sua iurare se persecuturum in accusatione. Tunc omnia pre
ciosa missa sunt in prealtam voraginem urbis romane in eam cur
tius armatus sedens equo precipitauit. Sicut lucius manlius ado
lescens qui patrem a tribunicia uexatione liberauerat contra gallum
prouocantem aliquem de militibus romanis in singulare certamen
eique occiso torquem aureum detraxit quem ipse postea tulit. Et ex eo
torquatus uocatus est. Due tribus adiecte pomptinia et publilia
licinius stollo lege data dampnatus est. quod plus quingentis iu
geribus agri possideret. M. ualerius tribunus militum gallum
a quo prouocatus erat. insidente galeo coruo. et unguibus rostroque hos
tem infestante. occidit et ex eo coruini nomen accepit. consulque proxi
mo anno cum annos. xxiii. haberet ob uirtutem creatus est. Ami
cicia cum carthaginiensibus firmata. Campani a samnitibus bel
lo urgerentur auxilio aduersus eos a senatu petito. cum id non
impetrarent. urbem et agros populo romano dederunt. Ob quam

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 2_6v – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50601)